



**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qualificatoris, Et
Olim Complvti Sacræ Theologiæ Professoris. Opvs
Theologicvm, Iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Disseritvr ...

Izquierdo, Sebastián

Romae, 1664

Quæst. 6. Quænam alia de quantitate supersint adnotanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76990](#)

ram quantitatibus, quam habet à suā compositione ex partibus, sive diuisibilitate in illas quæ, ac extera queque entia quanta iuxta dicta quæst. 1. de conceptu vniuersalissimo quantitatis: alteram exigentia impenetracionis, quæ à priori separabilis est, quandoquidem in quoquis punclo individuabili (quod eo ipso non est quantum) talis accidentis inuenitur. Ex quo patet primò, prædicatum impenetrabilitatis non conuenire dicto accidenti, sive non pertinere ad ipsum, quatenus quantitas est, imo nec quatenus est quantitas extensa localiter; sed solum quatenus est tale quoddam accidens: quia ad conceptum quantitatis etiam extensa localiter sufficit compositio ex partibus extensis localiter iusta dicta supra quæst. 1. qualem habere possunt substantia, & alia accidentia non impenetrabilia localiter, ut dicebamus proposit. 3. Secundò patet, diximus accidens à dicto prædicato præcise solum habere necessitatem impenetrationis localis, cum qua necessitas præsentia oriunda à prædicato entis, & compositio ex partibus necessitatem compонunt extensionis localis. Tertiò patet, à dicto accidente, quod quantitatem molis dicimus, dumtaxat mutuare substantiam, & alia accidentia necessitatem impenetrationis localis, non item rationē quantitatis adhuc prout extensa localiter; quam à se ipsis habere possunt, ut constat ex dictis. Quia tamen necessitas ad præsentiam localem, & compositio partium, quas substantia, & alia accidentia habent ex se cum dicta necessitate ad impenetrationem componunt necessitatem ad extensionem localem, ut etiam ex dictis est notum: etenim substantia, & alia accidentia dici possunt participare à quantitate molis necessitatem ad extensionem localem, & consequenter ipsam extensionem à tali necessitate oriundam infallibiliter, quatenus ab illa participant complementum talis necessitatis, non aliter. Quarto patet, male dixisse Oñedo ubi supra §. 4. possibile esse quantitatem indiuisibilēm, eo quod possibile est accidens indiuisibile impenetrabile localiter; quasi conceptus quantitatis in tali impenetrabilitate præcise consultat. Quod falso esse, constat ex dictis. Et quidem conceptione omnium communī quod indiuisibile est, eo ipso non quantum est. Ex quibus omnibus liquidum est, in quonam consistant quiditas quantitatis molis specialis, & effectus formalis eius.

Hic quærunt aliqui primò, vtrum quantitas molis sit modus substantiz, vel res. Dico esse rem: tum quia in Eucharistia manet sine substantia: tum quia non habet minorem titulum ad effundendū rem, quam habent calor, frigus, lumen, & cætera huiusmodi accidentia, quæ ab omnibus res reputantur.

359 360 Secundò quærunt, vtrum substantia exuta quantitate molis posset moueri naturaliter. Dico, motu oriundo ab impulsu sibi impresso non posse: quia, cum esset penetrabilis cum omni alio ente, à nullo posset pati impulsū. Motu vero progressivo, aut vitali, si esset animal, etenim moueri posset, quatenus talis motus nullo indigeret impulsū. Nd immediate ab anima fieret. Morū autem tendente in locum connaturalem, qualis est iuxta opinionem communem (quammodò supponimus) respectu grauium punctum, quod centrum est Vniuersi, & respectu leuium spatiū elementorum aeris, & ignis, naturaliter moueretur substantia si in eā, sublata quantitate, conservaret nihilominus grauitas, aut levitas.

que talis motus principiū est. Esset tamen differēt, quod substantia gravis partes, cùm nullum haberent obstaculum ratione suā penetrabilitatis, quominus omnes peruenirent ad suum cœtrum, omnes vtique naturaliter in unicum punctum centri confluissent. Partes verò substantiae leuis eam sibi in spatio aeris, aut ignis acquirent extensionem localem, quæ sibi ibi magis connaturalis esset, attentā suā multitudine. Supponit quippe, locum naturalem, quo tendunt gravis unicum spatium punctum esse; cùm tamen locus naturalis, quo tendunt levia, magnam latitudinem habeat. Quod si substantia non solum absque quantitate molis, sed etiam absque omni principio naturali motus relinquatur, ea utique non mouebitur nec præsentiam localem extensem, quam sub tali quantitate habebat mutabit, sed connaturaliter perseverabit in illa: quia ex vi defectus dicta quantitas præcisè non debet partes eius præsentiam extensem mutare, nedum ad punctum spatii (ut nocturni putant) confluere; prout supra iam à nobis proposit. 3. dictum est.

Tertiò querunt, vtrum substantia exuta 361 quantitate molis posset naturaliter ab agente extrinseco alterari, ut calefieri, illuminuri, &c. Dico, si substantia per se immideat est receptiva aliorum à dicta quantitate occidentium, & non media ipsa quantitate, prout nonnulli opinantur, foro utique, ut exuta quantitate connaturaliter alterari posset, si permaneret extensa localiter. Si verò per se immideat aliorum à quantitate dicta accidentium receptiva non est, sed tantum media ipsa quantitate, ut plerique putant, semel tali quantitate sublatā, non posset per receptionem, illorum connaturaliter alterari. Mitto alia quæ possent etiam queri.

QVÆSTIO VI.

Quanam alia de quantitate supersint adnotanda.

Dico, supersesse adnotandum primò, Aristotelem in dividenda quantitate sumptu vniuersè in suas species non satis firmum, nec uniformem temperatissime, ut vidimus supra quæst. 2. diuis. 11. Quo circa eius expositores circa eius mentem assequendam non parum solent altercari. Quem laborem nos prætermisimus: ut parvum, & quod existimamus, Aristotelem in dividenda quantitate vniuersalissime sumptu, (quo pacto omni omnino enti in partes quoquo modo diuisibili competet), in explicandisque eius species, parum exacte processisse, ut ex dictis à nobis supra quæst. 2. liquido apparet videtur. Propterera etiam missas fecimus controværias, quas Auctores excitauerunt circa admittendas, vel repudiandas species quantitatis, quas Aristoteles designauit. Quæ sunt; continuo quidem linea, superficies, corpus, locus, motus, & tempus; discreta verò numerus, & oratio. Circa quas primò controværent Auctores, an corporis tantum, an verò linea etiam, & superficies sint per se species quantitatis directè spectantes ad eius prædicamentum. Secundò, an locus sit vera species quantitatis, nec ne. Tertiò idem quærunt de motu. Quartò idem de tempore. Quintò, an numerus proprius sit quantitas, veraque, & propria pro-

Tractatus V. De Deo uno.

pterè quantitatis species ; vel tantum impropriæ, & analogicæ . Sextò idem querunt de oratione . In quibus omnibus questionibus utraque pars affirmativa scilicet , & negativa tuos habet patronos , atque sequaces . Videantur , si placet , latè tractata , nouissimè à nostro Lynce lib . 3 . Metaph . tract . 4 . à cap . 5 . usque ad 8 . inclusiue , aut etiam in alijs Auctoribus , nos ipse citat .

363 Nos enim omnes earum difficultates uno sermè verbo præcidiimus supponentes ex dictis quæst . 1 . concepitum quantitatis , seu quanti adeò esse vniuersalem , ut omni enti composito ex partibus conueniat . Vnde non est inconveniens , quod reperiatur ille in entibus ad varia prædicatione spectantibus , qualia sunt species recensitæ quantitatis , & aliae , que adnumerari possent iuxta dicta à nobis supra quæst . 2 . veluti materialiter sumptæ . Præterquam quod prædicationum constitutio valde arbitriaria potest esse . Utque decem Aristoteles constituit congruenter reducens entia ad ea decem capita , constituere potuisse plura , aut pauciora . De quo nos alibi . In quibus modò non oportet nobis axioplùs morari .

364 Secundò superest adnotandum , Aris . in lib . prædicam . sub finem tres quantitatibz attribuisse , proprietates , nempe , non habere contrarium , non suscipere magis , & minus , & esse alteri æqualem , vel inæqualem . Ex quibus hæc tertia certissime est quantitatibz proprietas cum toto rigore , utpote quæ omni quantitatibz , & soli illi conuenit necessariò . Hoc enim ipso , quod aliquod ens quantum est , non potest non esse cuiusvis alteri eiusdem generis vel æquale , vel inæquale iuxta dicta quæst . 2 . dñis . 8 . & quæcunque inter se sunt æqualia , vel inæqualia , eo ipso quanta censerentur . De duabus vero prioribus proprietatibus imprimis constat , proprietates cum rigore non esse , sed summum passiones communes quantitatibz , utpote quæ substantia , aut etiam alijs accidentibus non minus , quam quantitatibz , conuenient . Neque aliud voluit Aris . Deinde vero , quod vel sic quantitatibz competant , certum non est , immo nec verum esse videtur .

365 Nam quantum , & non quantum contrarieate quadam metaphysicæ videntur opponi . Sicuti diuisibile , & indiuisibile , vnum , & plura . Et si enim alterum horum extremonum explicetur per negationem , reuerà quid positivum est . Quantum etiam continuum , & discretum ; quantum extensem , & intensem ; quantumque finitum , & infinitum metaphysicæ pariter videntur inter se contrariari , quatenus talia quanta sunt ; quæc , acidem , & distinctum ; simile , & dissimile , æquale , & inæquale metaphysicæ contrariantur , quatenus talia relata sunt . Calor item , & frigus physicæ contrariantur ; quia mutuò se expellunt physicæ ab eodem subiecto , non quatenus qualitates , aut tales qualitates sunt , sed quatenus quædam quanta sunt . Non enim inter se opponuntur quatenus calor , & frigus sunt , sicutidem in gradibus remissis in eodem subiecto bene cohaerent ; sed quatenus tantus calor , & tantum frigus sunt . Quod est , opponi formaliter , quatenus quanta quædam sunt . Tantumdemque venit dicendum de ceteris quibusque extremis oppositis , non ut cunque , sed prout in tantâ quantitate . Itaque non videtur verum , quod sit passio adhuc communis quantitatibz non habere contrarium .

366 Iam vero , non suscipere magis , & minus multò minus videtur esse passio quantitatibz , adhuc communis . Quia vel eo ipso sunt inter quanta

recensenda , quæ magis , & minus suscipunt , iuxta doctrinam à nobis statuam quæst . 1 . Siquidem ex ipso sunt composta ex partibus , in easque dimisibilia . In quo stat ratio quantitaris . Et sicut magis , vel minus quidpiam suscipere , & fieri illud maius , vel minus , in idem recidit . Cdm ergo maius , vel minus quidpiam esse non possit , nisi sit quantum ; quia maius , & minus sunt differentiae inæqualium , & nequit esse inæquale , quod non est quantum propter tertiam , & indubitatem proprietatem quantorum ab ipso Aristotele statutam ; nec poterit quidpiam magis , & minus suscipere , nisi quantum sit . Tantum abest , ut non suscipere magis , & minus , ut proprietas quantorum . Adde , lineam magis , & minus longam dici ; locum magis , & minus amplum ; tempus , que magis , & minus extensem : & tamen linea , locus , & tempus quanta sunt quædam , ipso Aristotle testante . Quod si velit , eas particulas intelligi de solis qualitatibus prout magis , aut minus intensis , ex vique etiam sunt quanta quædam quatenus tales : ob id enim dicuntur item magnam , aut parvam intensionem habere ; quæcales , aut inæquales esse quoad intensionem ; maiorem , aut minorem habere numerum graduum , quæ in dubitate proprietates quantorum sunt .

Tertiò denique superest adnotandum , prædictis tribus Aristotelicis quantorum proprietatibus nonnullas alias adiici à Recentioribus . In quibus examinandis mihi noa vacat immorari ; nec expedit , videatur Lynce lib . 3 . Metaph . tract . 4 . cap . 9 . & seqq . Id mihi certum , incompatibilis tr plures , eaque profus indubitas proprietates habere quantitatem tum generationis , tum maximæ speciatim accepram . Tales enim sunt omnes illæ , quas ei adscribunt suis axiomatibus , & propositionibus omnes Mathematicæ discipline ; necnon , quas nos supra tetragonius quæst . 3 . tum remissionibus , tum propositionibus ibi traditis . Quintimo , præter eas , aliae infinitæ infinitum propriæ , tum communes passiones restant illi adscribenda , iuxta doctrinam vniuersalem de infinitudine passionum propriarum , & communium , quas unaqueque essentia habet , traditam à nobis in Pharo Scient . disp . 17 . quæst . 18 .

QVÆSTIO VII.

Quid sit corpus . Quid Spiritus . Quid ens corporeum . Quid ens spirituale . Et quoniam pacto hac differant inter se .

SVppono ut certum , corpus aliud esse mathe-
maticum , aliud physicum . Corpus mathematicum est quodcumque quantum habens trianam di-
mensionem , sive extensionem , longitudinem scilicet , latitudinem , & profunditatem , quod & for-
midum dici solet , in quacunque deum illud ma-
teria sit . In hujusmodi enim mathematicis exten-
sionibus præscinditur à materia . Corpus autem
physicum est substantia prædicta quantitate mo-
dis , de qua egimus quæst . 5 . subiectaque accidentibus alijs sensibiliis : quales sunt , quæ sub sensu nostros medijs talibus accidentibus cadunt . In præsenti autem questione non de corpore
mathematico , sed de physico est nobis fermo ;
quod substantia etiam corporea vocari solet .
Spiritus vero est substantia contraposita corpori ,
qua-